

Iubete, pater et domine, me venire ad vos. Reficite lapsum vestre fratrumque nostrorum presentia visionis, ut recreationis huiusmodi suscepto figmento fortiolem, si¹ expedire videbitur, visio iterata me mittat² in mare, cuius fluctus obediencia³ michi hactenus calcabiles prebuit et mulcedine⁴ dulcoravit; bibi etenim in patria calicem plenum misto⁵, amaritudine moderante dulcedinem et amaritudinis temperante rigorem dulcedinis lenimento.

94, f. 43, col. a. Thomas von Capua berichtet einem Freunde über seine nur zum Theil erfolgreiche Verwendung beim Kaiser. 1229, Ende Nov.—Anf. Dec.⁶

Litteras vestras affectione] s[incera] recepimus⁷, et que tam litterarum series quam nuncii relatio attulit, diligenti meditatione pensantes, petitiones v[estras] induximus in auditorium principis. Quarum aliquae ad exauditionis gratiam pervenerunt, aliquibus difficultatis obiecit repagulum rigor voluntarius [p]residentis. Porro sollicitudinis] latoris presentium testes sumus, eius instancie non expertes. Non igitur ipsum negligencie nota notet, in quibus prosecutio debita de contingentibus nil obmisit. Speramus tamen, quod alio tempore vestri desiderii attingetis effectum.

95, f. 43, col. a. Thomas von Capua bittet [Hermann von Salza?] um die Abberufung von Personen, welche das Gebiet der Kirche bekriegen. 1229—1230.

Intellexi, quod⁸ . . . quasi ad im[pro]perium et iniuriam meam dixerit, quod B. et L. receperant Pandulphum⁹ ad impugnandam terram ecclesie. Expediret igitur, ut per revocationem illorum de illo loco provideretur michi, provideretur et aliis, michi, ut¹¹ cessaret destructio¹², illis, [ut]¹³ malis sub-

1) 'se' c. 2) 'mutat' c. 3) 'obediencie' c. 4) 'et a mulcedine' c. 5) 'inusto' c. 6) Wenn das Schreiben von Thomas ist, muss es in die Zeit fallen, wo derselbe in der Umgebung des Kaisers weilte; denn er bezeichnet sich als Zeugen für den Eifer des Boten. Dass das Schreiben nicht von Thomas ist, sondern an ihn gerichtet war, ist wenig wahrscheinlich. Dann müsste der Verf. ein vornehmer Unterthan des Kaisers gewesen sein. Allein in einem Schreiben an einen Cardinal wäre der Ausdruck 'affectione sincera' nicht angemessen. Ferner wäre die Bezeichnung Friedrichs als 'princeps' auffallend und vor allem der Satz 'obiecit repagulum rigor voluntarius [p]residentis'. 'Rigor' ist überdies ein Wort, das Thomas liebt. 7) 'rogam' c. 8) 'q', darüber ein Punkt, vielleicht der Rest eines Buchstabens. 9) . . . übergeschrieben. 10) Vielleicht Pandulf von Aquino, dem der Kaiser im Oct. 1229 mehrere Burgen in der Nähe des Kirchenstaats anvertraut hatte; Rycc. S. Germ. 357, 3. 11) 'u' mit übergeschr. 't'. 12) So könnte ein geschädigter